ſipii lanugine longe mollior ac delicatior, & praeterea fulgens, ſed quae non eſt nendo, cum fuſi gravitatem non ſuſtineat: quod olim paene puer expertus ſum. Cum enim in Arenulano hanc plantam colere coepiſſem, atque non leviter multiplicaſſem, magnam illius candidiſſimae lanuginis vim collectam ſororibus meis diligentiſſimis puellis nendam miſi, quas cum primum videre licuit, non ſine riſu ac conviciis exceptus fui, quod nullatenus eis nec unum ſubteminis pedem extorquere licuiſſet. Quod & mihi nuper confirmavit humaniſſimus & utriuſque noſtrum amiciſſimus Vincentius Carafeus Rupellae Princeps, qui nihil non intentatum reliquit, quo lanuginem illam fuſo docilem praeberet, ſed

nugine *molto più fina, e delicata della bambagia, ed è inoltre rilucente, mà niente atta a filarsi, non sostenendo la gravità del fuso: la qual cosa un tempo essendo fanciullo conobbi per prova. Concioſiachè avendo io preso a coltivar questa pianta nel Sobborgo dell' Arenella, ed avendola non poco moltiplicata, mandai a filare alle mie diligentiſſime Sorelle una gran quantità di quella candidiſſima lanugine; le quali quando la prima volta mi videro, mi riceverono co' rimproveri, e con le risa, per non aver potuto neppur un filo estrarre da tal lanugine. Lo stesso ancora mi fu confermato poco fa dall' umaniſſimo, ed amiciſſimo di amendue noi S. E. il Sig. Principe della Roccella Vincenzio Carafa, il quale tentò ogni mezzo per rendere al fuso ubbidiente*

ſed irrito conatu : ita ut ex ea in coactilium morem ſpiſſata non ſine aequabili mixtura lanae, nihil aliud extundere potuerit, quam leviſſimum & delicatiſſimum pileum, quod cocco tinctum bonae memoriae Pontifex Pius S. xi. dono dediſſe affirmavit; at qua fervet alacritate ad politiores artes promovendas illud adjunxit, ſe de illa mente non deſtiturum, quin aliquando ex illa lanugine aliquod textile eruat. Quod ſi non extundere licuerit, maximum certe commodum ex ea adipiſcemur ad lodiculas farciendas, quae calorificae & leviſſimae evadant oportet. Hanc autem difficultatem eam nendi inde ortam reor, quod conficiendi

la detta lanugine, ma inutilmente: di modo che da quella condensata a guisa di feltro, mescolata ancora con un' eguale porzione di lana, niente altro potè cavarne, che un leggerissimo, e finissimo Cappello, il quale tinto di scarlatto mandò in dono al Pontefice Pio VI. di felice ricordanza. Ei però attesa la gran premura, che ha di promuovere le belle arti, mi soggiunse, che non avrebbe giammai tale intrapresa abbandonata, finchè non giugnesse una volta a ritrovare il modo di tessere quella lanugine. Che se ciò non si potrà ottenere, almeno da quella ricaverassi un grandissimo vantaggio per imbottir le coltri, le quali senza dubbio così diventeranno più leggieri, e più calorose. Or tal difficoltà di filarla stimo io da ciò derivare, che

iunceos fusos (quorum meminit Plinius XI, 27), atque eis utendi artem ignoramus. Artem autem in fila redigendi byssinum linum (ut a Plinio XIX, 1 appellatur), atque illud ad tenuissimas vestes texendi, calluisse antiquos, res est tritissima, neque testibus eget. Hoc autem linum pretiosissimum fuisse a Plinio loco citato testatur: *Quaternis denariis scripula eius permutata quondam, ut auri, reperio*; & fortasse de subtemine ex eo facto magnus naturae indagator intelligit; insanum enim hoc pretium tum ex materia, tum maxime ex summa nendi difficultate ortum opinor; et-

non ſappiamo l' arte di lavorare i fuſi di giungo (de' quali fa menzione Plinio nel Lib. XI. 27.), e la maniera di farne uſo. Che gli antichi poi abbiano ſaputa l' arte di filare, e teſſere il lino di Biſſo (ſiccome la chiama Plinio Lib. XIX. 1.) ella è coſa notiſſima, nè ha biſogno di teſtimonianza. E queſto lino era ſtimato prezioſo al ſommo, come ci fa ſapere Plinio nel citato luogo con queſte parole: Io trovo ſcritto, che un tempo queſto lino ſi vendeva a peſo d' oro, cioè quattro denari lo ſcrupolo; *forſe del fito tratto dal lino mentovato intende parlare quel grande inveſtigatore della natura: perciocchè, ſon d'aviſo, che non altra ſi fu la cagione di sì ſtrabocchevole prezzo, che la difficoltà ſomma di filare tal materia; quantunque io*

ſi de pretii magnitudine aliam habeam ſuſpicionem, quam mox tecum communicabo.

At enim ſi tanta eſt byſſinae lanuginis fragilitas, qui fieri potuit ut eidem tantum firmitatis tribuerint antiquorum aliqui, ut ex ea tentoria, vela, & firmiſſimos etiam funes parari tradiderint, pro quibus (ut de locis S. Scripturae, ex quibus hoc ipſum eruitur, de Hieronymo Epiſtola ad Fabiolam, & caeteris taceamus) ſufficiat unus Paulinus Carm. XIII. ad Cytherium:

Nam fila byſſi fortiora & ſparteis
Ferunur eſſe funibus.

Hunc nodum non alia poſſe ratione expediri cenſeo, quam di-

intorno alla grandezza del prezzo abbia un altro ſoſpetto, il quale quindi a poco ti farò paleſe. Mà ſi dirà: ſe così grande è la fralezza di queſta lanugine, come mai alcuni degli antichi le attribuirono ſi gran fermezza, che ſcriſſero eſſerſi fatte della medeſima materia tende, vele, ed anche gagliardiſſime funi? E (per paſſar ſotto ſilenzio quei luoghi della Scrittura, onde queſto ſteſſo appariſce, S. Girolamo nella piſtola a Fabiola, ed altri) può baſtare l'autorità del ſolo S. Paolino nel Car. XIII. a Citerio.

Poichè dicon, che il Biſſo abbia le fila
Delle funi di ſparto aſſai più ſorti.

Un tal nodo non ſi può ſciorre in altra guiſa, che col dire,

dicendo duplex ex byſſo parari filum conſueviſſe: unum tenuiſſimum ex lanugine fructus ad pretioſas veſtes: alterum craſſius ad viliora opera ex ipſa planta in flumine aut lacu macerata ac depſta, non ſecus ac cannabim & linum macerare & ſubigere ſolemus. Et re quidem vera plantae illius ſi ramulum frangas, quaſdam fibras & capillamenta in ea deprehendes cannabinis ſimillima, qua ex obſervatione coniectura noſtra mirum quantum fulcitur.

Sed quid coniecturis opus habemus, cum id quod coniiciebam non ſolum firmare ac probare mihi poſſe videar veterum teſtimoniis, ſed aliud etiam ex iis elicere, quod non venerat in mentem; duo alia ſcilicet praeter numerata educe-

che dal Bisso solea trarsi un doppio filo: uno sottilissimo dalla lanugine del frutto, per tesserne veste preziose; l' altro più grosso per lavori più vili dalla pianta stessa macerata nel fiume, o nel lago, e gramolata non altramente che suole da noi macerarsi il canape, e 'l lino. Ed in vero, se si spezza un ramoscello di quella pianta, si osservano certe fibre, o filamenti somiglianti ssimi a quei di canape: dalla quale osservazione non si può dir quanto venga avvalorata la nostra congettura.

Mà qual bisogno v' hà di congetture, quando non solamente posso io provare, e confermare la mia opinione con le testimonianze degli antichi, ma da quelle ancora ricavare un' altra cosa, che non m' era venuta in pensiero; cioè, che gli antichi solevano trar-

cere ſtamina ex ea planta veteres conſueviſſe, unum ex cortice, alterum ex tenerioribus ramulis? Primum diſerte tradit Strabo XV, pag. 1016 Edit. Amſtelaed. his verbis: Τοιαῦτα δὲ καὶ τὰ σηρικὰ ἐκ τινων φλοιῶν ξαινομενης βυσσου. *Serica etiam eiuſdem generis eſſe, byſſo ſcilicet ex corticibus quibusdam excarminata.* Quem locum immerito ſollicitat Jo: Ludovicus de la Cerda ad Virgil. Georg. II, 121, reponens reclamantibus codicibus, ἐκ φυλλων (*ex foliis*) pro ἐκ φλοιῶν (*ex corticibus*) non attendens geographum ibi non de foliis ſericis mentionem facere, ſed de byſſi planta, ex cuius decorticato ſtipite

trarre da quella pianta due altri ſtami, oltre ai nominati, uno dalla corteccia, l' altro da' più teneri ramuſcelli? Il primo è chiaramente mentovato da Strabone XV, pag. 1016, dell' edizione di Amſterdam con queſte parole: Τοιαῦτα καὶ τὰ σηρικὰ ἐκ τινῶν φλοιῶν ξαινομένης, *cioè* eſſer ancora del medeſimo genere le veſti ſeriche fatte di lana di biſſo tratta da certe cortecce. *Il qual luogo ſenza ragione alcuna vien corretto da Gio: Ludovico della Cerda nel ſuo Comento ſopra Virgilio II. Georg. 121; mentre contra l' autorità de' Codici, in vece di* ἐκ φλοιῶν (dalle cortecce) *ſoſtituiſce* ἐκ φύλλων: (dalle foglie) *non riflettendo punto, che il Geografo non parla ivi de' follicoli di ſeta, mà della pianta del biſſo, dalle cui cortecce ſi hanno certe*

te quas colligunt pelliculas aqua maceratas in tenuiſſima ducunt ſtamina: atqui ipſiſſimus Virgilii locus, quem commentabatur, de ea diſtinctione monere debuiſſet:

Quid tibi odorato referam ſudantia ligno
Balſamaque, & baccas ſemper frondentis acanti?
Quid nemora Aethiopum molli candentia lana,
Velleraque ut foliis depectant tenuia Seres?

ubi luce mihi clarius videre videor poetam ſericum animale a vegetabili ſatis diſtinxiſſe; & primo verſu byſſina *nemora molli candentia lana* indicare voluiſſe; ſecundo folliculos a ſericis vermiculis circa ſe contextos, quos Seres mo-

pellicole, le quali macerate nell' acqua si riducono a fila tenuissime. E pure il medesimo luogo di Virgilio, il quale ei comentava, avrebbe dovuto di tal distinzione avvertirlo:

Che dirò io dell' odorato legno
Che il prezioso balzamo distilla?
Che dell' acanto ognor frondoso e verde?
E delle selve d' Etiopia bianche
Di molle lana? e come vanno i Seri
Giù dalle foglie pettinando i velli?

Ove parmi chiarissimamente, che il Poeta abbia voluto nel primo verso indicare le selve da' Bissi piene di candida lana; nel secondo poi i follicoli formati da' bachi da seta intorno a loro stessi,

mori *FOLIIS* adnexos colligunt; nec te moveat, quod hos folliculos *vellera* vocet, cum id tamquam proprium ac certum vocabulum ad eos significandos olim fuisse adhibitum paene pro certo tenere debeamus. Ammianus Marcellinus XXIII, 6: *Abunde* (apud Seres) *sylvae sublucidae: a quibus arborum fetus aquarum aspergini-bus crebris, velut quaedam VELLERA molientes* (al. *mollientes*) *ex lanugine & liquore mistam subtilitatem tenerrimam pectunt: nentesque subtemina, conficiunt sericum*, & c. unde non solum illud discimus, quod propositum fuerat, sericos folliculos *vellera* ab antiquis nuncupatos, eoque sensu eam vocem apud Vir-

ſi, i quali attaccati alle frondi di gelſo ſon raccolti da' Seri. Nè dee far meraviglia, che Virgilio chiami queſti follicoli Vellera; *giacchè è quaſi certo, che un tempo tal voce fu adoperata come propria e particolare per additare i medeſimi. Ammiano Marcellino nel Lib. XXIII. 6.* Si trovano, *dice, (preſſo de' Seri)* moltiſſime ſelve alquanto luccicanti: i prodotti di quegli alberi, ſon come velli *quaedam vellera*, i quali ammolliti con frequenti ſpruzzi di acqua, e pettinati danno una lanugine ſottiliſſima: queſta poi ſi fila, e ſomministra la materia alle veſti di ſeta ec. *Or da queſto luogo non ſolo apprendiamo, che i follicoli di ſeta furon detti* vellera *dagli antichi, e che in tal ſenſo bene ſi prendere tal voce preſſo di Vir-*

Virgilium accipiendam, ſed & de duabas aliis docemur rebus, Seres ea aetate non adhuc facillimam calluiſſe artem extrahendi ſerica fila ex ipſis folliculis, ſed ea vellera pexiſſe, ex eaque pexa lanugine neviſſe ſubtemina: qui mos uſque ad haec tempora apud nos perſeverat ad liberalem occupationem & oblectamentum honeſtiorum matronarum. Alia res, quam ex allato Marcellini teſtimonio diſcimus, eſt, veteres non infuſione ſolum (quod Columella I, 6 docet) ſed *crebris* etiam *aquarum aſperginibus* res deprendas maceraſſe; quod ideo ſedulo monui, ut noſtros homines incitarem ad hoc macerationis inſtitutum per aſperginem revocandum, unde nullum

Virgilio ; mà ſiamo iſtruiti ancora di due altre coſe . La prima ſi è , che i Seri in quel tempo non aveano ancora apparata l' arte faciliſſima di eſtrarre i fili di ſeta dagli ſteſſi follicoli , o vogliam dire bozzoli ; mà che da quelli pettinati raccoglievano una tal lanugine , la quale poi filavano : il qual coſtume dura anche oggi giorno , e ſerve di occupazione , e di paſſatempo alle nobili matrone . La ſeconda coſa , che dal citato luogo di Marcellino s' inferiſce , ſi è , che gli antichi non coll' infuſione ſoltanto (come inſegna Columella I, 6), mà anche co' frequenti ſpruzzi d' acqua ſoleano le coſe macerare . Lo che in tanto ho voluto avvertire , affinchè s' inducano i noſtri a riſtabilire queſta foggia di macerazione per via di ſpruzzo , da

cui

lum timendum eorum incommodorum, quae maceratio in lacubus & piſcinis ſecum ferre ſolet & neceſſario debet ex noxiis halitibus aquae ex ea macerationc putreſcentis; unde his praeſertim noſtris regionibus horribilem quotannis commiſeramur ſtragem eorum hominum, quos neceſſitas ad hoc damnavit macerationis opus cannabis & lini. Sed dum geographo antiquam adſero lectionem contra ſollicitationem Ludovici de la Cerda, paene oblitus ſum, quod initio propoſueram, veteres ex tenerioribus etiam ramuſculis byſſina paraſſe fila mediae ſubtilitatis inter ea, quae ex fructus lanugine, & ea quae ex macerato ſtipite parantur, cuius rei etſi evidens et expreſ-

ſum

cui non è da temere alcuno di quei danni, che il macerare nè laghi, e nelle peſchiere ſuole, e dee neceſſariamente portar ſeco, per lí nocevoli, e peſtilenziali vapori dell' acqua putrefatta a cagione di sì fatta macerazione: per la qual coſa in queſti noſtri vicini paeſi ſoprattutto compiangiamo ogni anno l' orribile ſtrage di quelle perſone, che dalla neceſſità vengono condannate a macerare la canape, e 'l lino. Mà mentre mi affatico a difendere l' antica lezione di Strabone, m' è quaſi uſcito di mente, ciò, che da principio avea propoſto, che gli antichi anche da' teneri rampuſcelli traevano i fili di biſſo di una ſottigliezza mezzana tra quelli, che dalla lanugine del frutto, e quelli, che dallo ſtipite macerato ſi cavano. E ſabbene non poſſa io una chia-

ſum non habeam teſtimonium, eruere tamen mihi poſſe videor ex pulcherrimo Claudiani loco in Paneg. in Conſolat. Probini & Olybrii verſu 177:

Laetatur veneranda parens,
& pollice docto
Jam parat auratas trabeas, cinctuſque micantes
Stamine, quod molli tondent de ſtipite Seres.

Quae Claudiani verba etſi non negem ad aliam poſſe ſignificationem trahi; illud tamen *molli tondent de ſtipite* neſcio quam huius operationis carpendi teneriores ramuſculos ad macerandos, byſſinamque lanam ex iis conficiendam, ſubiectam notionem habere poſſe videtur. Sed quidquid ſit de eo-

ra, ed evidente pruova produrne, tuttavia parmi di poterlo dimoſtrare con un belliſſimo luogo di Claudiano nel Paneg. di Probino, ed Olibrio v. 177:

La veneranda madre ne gioiſce,
E con perita mano già lavora
L'aurate trabee, e riluccnti cinte
Con quello ſtame, che dal molle ramo
Traggono i Seri . . .

le quali parole di Claudiano ancorchè poſſano diverſamente interpetrarſi, pur con quelle parole molli tondent de ſtipite *ſembra, che il Poeta abbia voluto additarci la maniera di ſegregare i più teneri ramuſcelli, e di eſtrarre da' medeſimi la lana di biſſo. Mà qualunque ſia il ſignificato di quelle parole, nien-*

eorum verborum ſignificatu, nil tamen pronius fuit, quam in colligendis his fruticibus ad macerationem, teneros ramulos a ſtipitibus ad craſſiora & ſubtiliora fila paranda veteres ſeparaſſe: quod ſi quis mordicus ideos feciſſe neget, quid prohibet nos eum facere delectum ad eam byſſinae lanae fabricationem meliorem reddendam. Quem delectum ramulorum ſi noſtri haberent homines etiam in cannabinis fruticibus, forte id etiam earum telarum perfectioni conducere poſſet. Atque utinam his, quae dixi, incitatus in animum inducas tuis in latifundiis Pompeianis & Caſſanenſibus hanc plantam copioſe ſerere, ut poſſimus his de rebus experientiam facere, & genus humanum huius fru-

se però poteva riuscire più agevole agli antichi, che il separare in questa pianta i rami teneri dagli stipiti, per cavarne i più grossi, ed i più sottili fili. E quando anche taluno ostinatamente ciò negar volesse riguardo agli antichi, niente certamente ci potrebbe impedire di fare una tale scelta de' teneri rami, per render migliore la lana di bisso. La quale scelta se da' nostri si facesse ancor nelle piante di Canape, potrebbe ciò forse alla perfezione di quelle tele moltissimo giovare. E sarebbe da desiderarsi, che per le cose già dette, tu t' invogliassi a piantare in gran copia il bisso ne' tuoi vasti poderi di Pompei, e del Cassano, poichè così sù di tali cose molti esperimenti far si potrebbono. In fatti un certo Galeoti tentò lo stesso con ottima riuscita, siccome vien ri-

tiis magnis utilitatibus iterum ditare. Et bene habet, nam idipsum optimo eventu tentas-se Galeotium nescio quem nuper didici in Glysceri Fontanae Lexico Oeconomico-Rustico voce *Apocino*, cuius indicium mihi fecit avantissimus frater meus Iacobus, quem scis in rimandis naturae arcanis sollertissimum.

Porro byssus significat etiam flocculum illum, qui reperitur in marina pinna dependens, quam *duabus grandibus patulam conchis* describit Cicero in De Nat. Deor. II, 48, quamque multis ab hinc annis non sine voluptate oculis usurpavi. Cum enim Eminentissimus tunc Cardinalis Boncompagnus negotium dedisset, ut pinnae peniculamenta quot possem (non bene commemini ad aurium,

ferito nel Leſſico Economico Ruſtico di Glicerio Fontana nella voce Apocino, *di cui mi diè contezza il mio amatiſſimo fratello Giacomo, il quale tu ben ſai eſſer aſſai ſottile indagatore de' ſegreti della natura.*

Oltre a ciò la voce byſſus *dinota quel fiocchetto, che vedeſi pendente da una certa conchiglia, la quale è deſcritta da Cicerone nel Lib. II. de Natura Deor. come avente due grandi nicchi bipatenti, che fu da me, ſono già molti anni, con ſommo piacere oſſervata: Imperciocchè avendomi allora incaricato l' Eminentiſſimo Cardinal Buoncompagni di procurargli una buona quantità di fiocchi di tal conchiglia (non ben mi ſovviene ſe per medicamento degli occhi, o degli orecchi) dopo diligente ricerca, mi riuſcì finalmente di*

an ad oculorum medicamentum) ſibi compararem, post diligentem inveſtigationem, tandem apud nautam quemdam inveni, qui ea quaeſtus ſui cauſſa venalia habebat. Quae cum diligenter obſervaſſem ſimillima deprehendi flocculis illis, qui ex hiante fructu cognominis plantae colliguntur, candore excepto; nam barbula conchae refert colorem rufum aurum imitantem, cum contra linum vegetabile, quod ex plantae fructu colligitur, ſit candidiſſimum. Hac autem occaſione non ſolum grandes illas pinnae conchas vidi, ſed ex eodem nauta reſcivi piſcatu eas in ſinu Puteolano, etſi raro admodum, capi; atque hinc de hoc marino byſſo accipiendum ſuſpicor, quod Plinius pretium

eius

trovarli presso di un marinajo, che li vendeva. Questi da me con diligenza osservati mi sembrarono somiglianti ssimi a que' fiocchetti, che raccolgonsi dal frutto aperto della pianta dello stesso nome; eccettochè la barbetta della conchiglia ha un color biondo, che imita l'oro, laddove per contrario è bianchissimo il lino vegetabile raccolto dal frutto della pianta. Or in tale occasione non solamente io vidi i grandi nicchi di quella conchiglia, mà anche dal medesimo marinajo risseppi, che, sebben di rado, quelle si pescano nel seno di Pozzuoli. E quindi io sospetto, che del bisso marino debbasi intendere Plinio, allorchè uguaglia il prezzo del bisso a quello dell' oro; mentre da cento di quelle barbette (somministrandone ciascuna conchiglia una

eius cum auri pretio exaequet; cum centenis illis barbulis, quarum una ex unaquaque concha colligitur, vix unciam efficias; ut coniectura & memoria assequi valeo; non enim id tum agebam, cum eas coemi. A diverso autem eorum colore natum reor dissidium inter eruditos S. Scripturae interpretes, apud quos de byssi colore non convenit, & quorum opiniones si recensere aggrediar, non epistola, sed spissum opus exarandum esset; quod nec vacat, nec utriusque nostrum magni interest: dummodo illud fixum maneat, linum e planta esse candidum, at quod ex concha dependet, aureum. Et quis scit, an quas Tarentum mittit pretiosissimas chirothecas (quarum par unum

quot-

ſola) a ſtento un' oncia , per quanto poſſo ricordarmi , ſe ne potrebbe ritrarre . Ed appunto dal diverſo colore dell' un biſſo , e dell' altro credo io eſſer nato il contraſto tra gli eruditi interpreti della Scrittura , i quali non convengono ſul colore del biſſo ; le opinioni de' quali ſe io voleſſi tutte annoverare , dovrei non già una piſtola , mà un ben groſſo volume comporre . Mà queſto non importa gran fatto ad ambedue noi ; purchè reſti fermo , che il lino della pianta è candido , e l' altro pendente dalla conchiglia è biondo . E chi ſa , ſe i prezioſiſſimi guanti , che ci vengono da Taranto (de' quali un pajo ogni anno l' amiciſſimo tuo fratello Proſpero dall' affabiliſſimo , ed umaniſſimo noſtro Bevilacqua riceve corteſemente in dono) chi ſa , io dico , ſe que'

quotannis amiciſsimus Proſper frater tuus a facillimo & leniſsimo noſtro Bevilaquio dono accipit) quis, inquam, ſcit, an eae chirothecae ex hoc marino byſſo conficiantur, propterea que eam materiem lanam *pinnam* aut *piſcariam* appellent: color certe, fulgor & mollities exacte pinnarum byſſum exprimunt. Sed cum de illa Tarentina lana nil comperti habeam, de ea dicere ſuperſedeo.

Atque haec habui, amicorum dulciſsime & optime, quae in tanta opinionum varietate certiora ſeligere potui. Incredibile enim eſt, quantae ſint non modo recentiorum, ſed veterum etiam auctorum diſſensiones & diſcrepantia hiſce in rebus, inde opinor ortae, quod antiquis illis temporibus hae-

guanti ſian fatti di tal biſſo marino, e perciò chiamino quella materia lana Penna, *o* di Peſce: *almeno il colore, lo ſplendore, e la morbidezza ci rappreſentano eſattamente il biſſo delle conchiglie. Mà nulla ſapendo io di certo intorno a quella lana di Taranto, tralaſcio di ragionarne.*

E queſte ſono, o dolciſſimo Amico, le poche coſe, che ho potuto ſcegliere come più certe in sì gran varietà di opinioni. Poichè non può dirſi, quanto grandi ſiano i contraſti, ed i diſpareri non ſolamente degli antichi; mà benanche de' moderni Scrittori sù di tali coſe, nati da ciò, come mi do a credere, che in que' tempi aſſai rimoti tali piante erano ſtraniere, e che quanto gli antichi intorno ad eſſe ci laſciarono ſcritto, ſi ſapeva per

hae plantae cum eſſent exoticae, quae veteres narrabant, ex aliorum relatione aſſerebant. Atque hinc ortum opinor, quod nondum exploratum habeamus an *ſericae* & *bombycinae* veſtes ſint unum an diverſum genus, Lipsio in Excurs. I ad Taciti Lib. II Annal. diſtincta eſſe affirmante; Salmaſio contra negante in Exercit. Plinian. ad Solin. cap. 24; in Adnotat. ad Tertullianum de Pallio cap. 3, & ad Vopiſcum in Aurelian. cap. 45. Quarum opinionum momenta ad trutinam revocare, etſi a noſtro argumento alienum non eſſet, non tantum tamen mihi ſumo, ut homunculus inter tantos heroas arroganter iudex ſedere audeam. *Byſſum* etiam a *ſerico* differre defendit Voſsius in Etymolog.

altrui relazione. Quindi è, che non ſappiamo ancora di certo, ſe le Veſti dette Sericae, e Bombycinae ſiano di un ſolo, o di diverſo genere; mentre Lipſio nelle ſue oſſervazioni ſopra il Lib. II. degli Annali di Tacito afferma eſſer coſe ben diſtinte: al contrario Salmaſio lo niega nelle Pliniane Eſercitazioni a Solin. Cap. 24, nelle note a Tertull. de Pallio, Cap. 3, ed a Vopiſco nella Vita di Aureliano, Cap. 45. E quantunque non ſarebbe coſa fuor di propoſito il richiamate ad eſame gli argomenti, ſu de' quali poggiano ſiffatte opinioni; pur nondimeno non preſumo tanto io uom da nulla, che ardiſca di ſedere arrogantemente da giudice tra queſti valentiſſimi Letterati. Anche Voſſio nel ſuo Etimolog. alla voce Byſſus ſoſtiene, che il Biſſo ſia di-

V. *Byſſus*, & evidentiſsimis probat argumentis, quem conſulas cenſeo: non enim hanc epiſtolam longius producere mea tempora ſinunt. Vale, tuiſque omnibus meo nomine ſalutem dicas. XII Kal. Februar. 1802.

diverſo dalla materia detta Serica, *e lo prova con ragioni evidentiſſime, che puoi da te ſteſſo oſſervare, giacchè le mie occupazioni non ſoffrono che io più mi dilunghi. Addio. Saluta da mia parte tutt' i tuoi. Ai* 21 *di Gennaro dell' anno* 1802.

U. J. Doct. D. Nicolaus Valletta perlegat, & in scriptis referat. Neap. die X. Mensis Februarii 1804.

F. A. CAP. MAJOR.

S. R. M.

Vincentii Calà, viri moribus, & doctrina praestantissimi, Epistolam de Gossipio et Bysso libentissime perlegi: et gratiam non parvam apud nostros herbarios Auctorem initurum existimo: quicquid enim de hujusmodi plantis Veteres scripsere, in medium profert. In ea nihil omnino adversus Majestatis jura deprehendi; quapropter typis edi posse censeo: Neap. Idibus Martii 1804.

Nicolaus Valletta

Visis approbatione Regii Revisoris D. Nicolai Valletta, relatione Rever. Regii Cappellani Majoris, Consultatione Regalis Camerae S Clarae, ac Regali Rescripto de die 9. curr. mensis et anni, etc.

Die 26. mensis Maii 1804. Neapoli.

Regalis Camera S. Clarae providet, decernit, atque mandat, quod imprimatur cum inserta forma praesentis supplicis libelli, ac approbationis dicti Revisoris. Verum non publicetur, nisi per ipsum Revisorem, facta iterum revisione, affirmetur, quod concordat, servata forma Regalium Ordinum; ac etiam in publicatione servetur Regia Prag. Hoc suum &c.

CIANCIULLI
V. Adv. R. C.

FRAMMARINO.

Izzo Canc.
Reg. fol. 46. a t.

Pascale

Illust. Marchio de Jorio Praef. S. R. C. & caeteri Spect. Aularum Praefecti tempore ſubſcriptionis impediti.

Reg. fol. 53. , a t.
Lama.

Illuſtriſſ. ac Reverendiſſ. Dom. D. Cajetanus Gaglione Metropolit. Eccl. Neap. Can. Poenitentiarius, ac S. Th. Prof. perlegat autographum operis ſuperius enunciati, ac ſcripto referat. Idibus Febr. 1804.

D. PESCE V. G.
F. Roſſi Can. Dep.

Eminen. ac Reverend. Dom.

Quanto & in honore, & in pretio tum apud Graecos, tum apud Latinos homines epiſtolarum uſus omni tempore fuerit, non neceſſe eſt diſputare; eſt enim in promptu. Nam cum illud scriptionis genus, quo colloqui abſentes, veluti praeſentes, cum abſentibus poſſumus, quae indoles epiſtolae eſt, ejuſmodi ſit, ut partim ſingulos attingat, & privata ſpectet negotia, partim ad univerſos cives, & ad publica munera, quamtumvis gravia, pertractanda pertineat, hinc factum eſt, ut cultae gentes nihil haberent frequentius, quam litteras tum ſcribere, tum mittere, tum recipere, tum efflagitare. Quorsum haec?

haec? Ut liquido pateat quanta animi exultatione, & gratulatione accipienda sit Epistola a doctissimo, & cultissimo Viro exarata, in qua de Gossipio, & Bysso cum homine amore, & professione litterarum nemini secundo qui opusculum hetrusca lingua polite, ornateque donavit, perbelle, & eruditissime agitur. Huc spectat illud, quod scriptum, decantatumque saepe & invenimus, & audimus: In re levi non levem gloriam non raro inveniri. Et sane sapientium virorum quicquid est, non mole, aut materia judicandum, sed pondere, & concinnitate. Cum igitur Auctor noster publicae utilitatis ergo sacpissime ad scribendum, animum, licet non prorsum curis vacuum, adhibeat, etiam nunc a proposito non discedens, qualnvis quasi per jocum, illa tractare, & nostra facere non dubitat, quae licet tenuia, ac nullius fere momenti esse videantur, tamen & scitu digna sunt, & non omnino communi bono inutilia. Cum interea, quicquid hoc libelli est, nihil nisi Scriptorem & sanae fidei, & moris in-

te-